D. FRANCISCI SALGADO DE SOMOZA,

IN REGALI CANCELLARIA VALLISOLETANA SENATORIS,

LABYRINTHUS CREDITORUM CONCURRENTIUM

AD LITEM PER DEBITOREM communem inter illos cauſatam,

TOMUS SECUNDUS.

Editio noviſſima, Antuerpienſi, Veneta, & Francofurtenſi, multò auctior & emendatior.

LUGDUNI,
Sumptibus LAURENTII ANISSON.
M. DC. LXXII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LABYRINTHUS CREDITORUM CONCURRENTIUM AD LITEM,

Per Debitorem Communem inter illos cauſatam.

PARS TERTIA.

CAPUT I.

Graduationis ſententia ſemel in rem judicatam translata, an debitor, vel creditor aliquid noviter opponere valeat, quod vel creditorem infringat, vel graduum ordinem, ſeu prælationem ſubvertat, rei judicatæ exceptione minimè obſtante?

SUMMARIUM.

1 *Sententia graduationis in rem judicatam tranſlata non obſtante, an aliquid novum per debitorem, aut creditorem deductum admittatur, quod vel jus creditorum infringat, vel prælationem ſubvertat.*

2 *Jus denuò deductum, de quo inter eaſdem perſonas in priori graduationis judicio fuit cognitum, rei judicatæ exceptio obſtabit.*

3 *De identitatibus rei judicatæ exceptionem producentibus agitur, remiſſive.*

4 *Jus non deductum, nec cognitum in priori graduationis judicio, ſi de novo proponatur, non obſtat rei judicatæ exceptio, ſive tunc adeſſet, ſive noviter ſit quæſitum.*

5 *& 12 Si inter creditores tantum de credito & an aliquis creditor ſit, vel non fuit actum exhibitis tamen totius juris inſtrumentis, & ut creditor graduetur, an ei noviter de jure prælationis agenti, rei judicatæ exceptio obſtet.*

6 *& 14. Affirmativa ſententia proponitur, Contraria, verior.*

7 *Expenditur text. in l. duobus 19. ff. de except. rei jud.*

8 *& 9. Expenditur Accurſ.*

10 *Jus, quod poteſt deduci per modum agendi, & excipiendi, ſi deductio per modum excipiendi rem ſuccumbat, non poteſt iterum per modum agendi deducere, ſi tendat ad eundem finem cum exceptio-*

11 *Text. in l. penult. §. Latinus Largus, ff. de except. rei jud. adducitur.*

12 *& 13. Ex nova cauſa novus in judicio deducta, de qua in priori judicio non fuit actum, poteſt noviter agi.*

14 *& 15. Concurſus judicium ad diſcutiendum jura & prælationes creditorum tam cum debitore, quam ipſis creditoribus ordinatur.*

16 *Creditor in principio concurſus verum eſſe creditorem, potiorem aliis, deducit.*

17 *Creditor de ſuo privilegio, aut prælatione inſtrumentis, aut probationibus docet.*

18 *Repræſentans inſtrumentum, continens exceptionem, eam tacitè opponit.*

19 *& 20. Exceptio, quæ inſtrumento continetur etiamſi expreſſe non opponatur, à judice ex officio admittitur.*

21 *Exceptio, quæ ex cauſa intrinſeca ineſt actioni, debet per actorem evacuari, etiam reo non opponente.*

22 *Inſtrumentum obligationis ab uxore factum, in quo maritiſ licentia non apparet; judex ex officio repellit, etiamſi exceptionem uxor opponat.*

23 *Actio & exceptio quando ex eodem inſtrumento apparet ſuper eo, poteſt judex pronuntiare, abſque expreſſa oppoſitione.*

24 *Actori, qui in actione deduxit exceptionem, incumbit onus probandi exceptionis excluſionem.*

25 *A ſententia, qua quis declaratur creditor, eique gradus poſt alios aſſignatur, non appellans eam approbare videtur.*

26 *Sententia, à qua non eſt appellatum, tranſit in rem judicatam.*

27 *Res judicata facit de albo nigrum, & de falſo verum.*

28 *D. l. ſi duobus, & d. §. Latinus Largus, diſpoſitio non procedit ſervato ſtylo concurſus conſueto, comparendi creditores in judicio concurſus.*

29 *Diſpoſitio prædictorum iurium locum habet, quando creditor ſolum creditorem eſſe in judicio dixit ratione ſui juris atque hypotheca fuit controverſum: nihil ſui prælationi tacitè aut expreſſè allegavit.*

INDEX
COPIOSISSIMUS
RERUM ET VERBORUM,
Quæ in hoc Labyrintho Creditorum concurrentium, &c. continentur.

***P.** paginam denotat : **N.** numerum marginalem.*

A

Abbas, Abbatiſſa.

Vide *Monachum.*

ABBAS quamvis non poſſit alienare abſque interventu Conventus; poteſt tamen ipſe ſolus abſque eo hæreditatem, legatum, & jus delatum repudiare, pag.415. n.101.

Abbatiſſæ ſolus conſenſus in renunciatione monialis ſufficit ad præjudicium monaſterii, ibid. n.101.

Abſens, Abſentia.

Vide *Contumax.*

Abſentis bona de cujus vita dubitatur, adjudicantur proximiori in cuſtodiam & adminiſtrationem, ſub fidejuſſione de reſtituendo cum fructibus domino venienti, vel alteri, qui ad ea jus habeat, p.56.n.49.

Abſentis bonis judex adminiſtratorem dare debet, ne diſſipentur, p.94.n.2.

Abſentis bonis & hæreditati jacenti, judex ex officio adminiſtratorem dare debet, ibid. n.3.

Abſenti per alterum non quæritur actio, p.511.n.30.

Abſenti quæritur actio & obligatio in omnibus contractibus irrevocabiliter ante acceptationem de jure regio præter donationem, p.514. ex n.80. cum ſeq.

Acceptatio.

Acceptans creditor decretum judicis conditionale, & ejus virtute exigens, non plus prætendere poteſt quàm à ſuo titulo originatur, p.348. n.15.

Acceptans, actum, & diſpoſitionem, eam cenſetur acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus inhærentibus, ibid.n.16. & 18.

Acceptans de facto, & ſimpliciter decretum, viſus eſt conſentire omnibus in eo contentis, ibid.n.17.

Decretum ſcindere pro parte acceptare, & pro parte repudiare, non eſt in facultate acceptantis, ib.n.20.

Acceptationem juris delati præſentis ſupponit ipſius juris renunciatio facta in favorem tertii, p.422. n. 30. 42. & ſeqq.

Acceptationem, abſentis, an requirat lex 2. tit. 16. lib.5. p.512. n.42. cum ſeqq.

Acceptationem non requirit lucrum à lege alicui delatum, quia ſtatim acquiritur.

Ut in lucro & aqueſtu adjudicatio Conjugi, n. 44.

Acceptationem, an hodie requirat donatio facta abſenti ſtante, d. lege 2. n.48. cum multis ſeq.

Secus in aliis omnibus obligationibus abſenti factis p.513. ex n.66. cum ſeqq. uſque ad n.75. & ex n.78. cum multis ſeqq.

Acceptationem requirit pactum de non meliorando ad ſui irrevocabilitatem, quia donatio eſt, p. 515. ex 94. cum ſeqq.

Acceptare quis videtur decretum judicis cum omnibus ſuis conditionibus, qui eo uſus fuit, p.571.n.73. cum ſeqq.

Acceptatio donationis inducitur ex præſentia donatarii cum taciturnitate, n.75.76.77.& 78.

Acceptatio & ratihabitio non ſolùm fit expreſsè, ſed etiam tacitè, ibid. n.69.

Acceptationis & approbationis tacitæ plures referuntur modi, ibid. remiſſivè.

Acceptatio ex actis externis inducitur ac ſi verbis expreſſis fieret, ibid. n.81.

Acceptatio non ſolùm verbis expreſſis probatur, ſed etiam factis & conjecturis, p.572.n.82. & 83.

Acceptans actum abſque proteſtatione, videtur acceptare cum ſuis conditionibus, & qualitatibus, ibid. num. 84.

Acceptans diſpoſitionem in tantum ejus gravaminibus conſentire videtur, ut non valeat proteſtatio contraria, ibid. n.95.

Acceptans ſimpliciter adjudicationem ſui crediti, eam approbare videtur, cum omnibus ſuis qualitatibus, ibid. n.86.

Acceptatio donationis præſumitur quando donatarius reperitur in poſſeſſione rei donatæ, ibid. n. 88. 89. & 90.

D. FRANCISCI SALGADO DE SOMOZA,

IN REGALI CANCELLARIA VALLISOLETANA SENATORIS,

LABYRINTHUS CREDITORUM

CONCURRENTIUM AD LITEM,
per debitorem communem, inter illos cauſatam.

PARS QUARTA ET ULTIMA

Opus poſthumum ex ipſo Authoris intricatiſſimo Authographo, non ſine ingenti labore, & multâ induſtriâ erutum, lucíque vindicatum.

Huic acceſſit Tractatus DE LIBERTATE BENEFICIORUM, & Capellaniarum recuperanda, ab eodem Authore aliâs concinnatus.

Nunc ſecundùm in lucem prodit, cùm Indicibus neceſſariis.



LUGDUNI,
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXXII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

EXCELLENTISS. PRINCIPI
ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
D. GARCIÆ DE HARO
ET SOTOMAYOR,

COMITI DE CASTRILLO, VICE-REGI
quondam Regni Neapolitani, nunc Caſtellæ Præſidi,
& à conſilio Status,

HOC OPUSCULUM

Dicat & conſecrat P. Lector M. Fr. ALVARUS SALGADO,
Rector Collegii S. P. N. Auguſt. Aggrippinenſis.

Auſpiciis res cœpta bonis malè cedere neſcit. Alciatus.

P*RÆCLARI ingenii, Præclariſſimi, & illuſtriſſimi Domini D. Franciſci Salgado de Somoza patrui mei incliti, & naturæ vinculo alligati Fratris chariſſimi Patris mei Domini D. Garciæ Salgado advocati Regii nuncupati defuncti, & functi officio Auditoris Generalis totius Regni Gallæciæ in regia patria noſtra Civitate Corunæ, veluti columnam regio utpote (de nube lumen) moderamini aptam, utilitati publicæ patrocinium, & Eccleſiaſticæ libertati (ſi fas ſit dicere) refrigerium non tam poſthumum, quam poſthumatum opus tibi Domine non dicam commendamus, donamus, dico* (Illuſtriſſime & Excellentiſſime Princeps) *non poſthumum, opus dixi, ſed opus poſthumatum, namque vivus author expreſſum, & impreſſum reliquit, ſine licentia pro tunc obtenta regia pro voluminis manuali, & controverſiali ſine litiſque pendentia tractatione; crevit illico tunc populare erga authorem ſtudium, decorata tum affectio, tum virtualis ambitio inter doctas tam Prælatorum illuſtrium, quàm decoratorum Magiſtratuum claſſes tanti Doctoris Magiſtri majeſtuoſam doctrinam appetendi, & re-*

D. FRANCISCI SALGADO DE SOMOZA,

IN REGALI CANCELLARIA VALLISOLETANA SENATORIS,

TRACTATUS

DE LIBERTATE BENEFICIORUM, ET CAPELLANIARUM RECUPERANDA;

ET QUASI POSSESSIONE PRÆSENTANDI ſubvertenda.

Opus non minus Prælatis Eccleſiaſticis, quàm utriuſque fori Judicibus perutile.

Cum Indicibus Articulorum & Rerum notatu digniorum.

LUGDUNI,
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXXII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

S. ROTÆ ROM.

DECISIONUM CENTURIÆ DUÆ,

QUARUM PRIOR JAMPRIDEM EDITA EST;

POSTERIOR

Ex Recentiſſimis ſelecta nunc primùm prodit.

UTRAQUE

Materiam Labyrinthi Creditorum illuſtrat.



LUGDUNI,

Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXV.

S. ROTÆ ROM.

DECISIONUM CENTURIÆ DUÆ

Materiam Labyrinthi Creditorum Concernentium.

EMINENTISSIMO ET REVERENDISS.
D. CARDINALI OTHOBONO.

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 10. Januarii 1650.

ARGUMENTUM.

Adminiſtratio bonorum ex quibus probetur: ſtatutum Bononiæ de probation. non comprehendit rationem adminiſtrationis.

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtratio probatur per Inſtrumentum locationis.*

2 *Et per teſtes.*

3 *Dicta teſtium condjuvantur, ex adminiculis Inſtrumentorum.*

4 *Statutum Bononiæ de probationibus verſ.* poſſit etiam probari per teſtes, *declaratur non habere locum in ratione adminiſtrationes.*

5 *Et in verſ.* poſſint tamen Teſtes: *nec minus comprehendere ea, quæ probantur partim ex teſtibus, partim ex Inſtrumentis.*

6 *Præterita arguunt continuationem in futurum, concurrente aliqua conjectura.*

7 *Adminiſtrationis continuatio præſumitur ceſſante cauſa occaſionali.*

8 *Redditio rationum non excludit continuationem adminiſtrationis.*

9 *Cauſa de præterito non excuſat ab adminiſtratione. Secùs verò, cauſa de novo ſuperveniente, ibid.*

10 *Podagra non eſt legitima cauſa excuſandi aliquem ab adminiſtratione.*

11 *Teſtes examinati criminaliter, non probant in civili.*

12 *Teſtium major numerus attenditur.*

13 *Teſtes adminiculati ab Inſtrumentis prævalent.*

14 *Adminiſtrationis præſumptio bonorum extradotalium, eſt contra Virum.*

15 *Inſtrumentis potiùs ſtandum eſt, quàm Teſtibus.*

16 *Adminiſtratio concipit tacitum pactum de ratione reddenda.*

17 *Vir tenetur reſtituere fructus perceptos bonorum extradotalium, Uxore diſſentiente.*

18 *Adminiſtratione admiſſa, ac perceptione fructuum in genere reſpectu quantitatis ſufficiunt conjecturæ.*

19 *Fructuum quantitas probatur à conſuetis percipi in præcedentibus annis.*

DECISIO I.

SOlutis à Carolo Beccadello hærede Laur. Bonſignorij *lib.* 32400. in cauſam adminiſtrationis bonorum extradotalium Geſiæ Baldæ ab eo perceptis ab anno 1602. uſque ad an. 1621. juxtà formam Inſtrumenti à Laurentio tunc vivente confecti ut patet ex ſententia conformatoria mandati A C. & decreto ſuper executione rei judicatæ RR. PP. DD. meorum Rojas, & Bichii prævijs Deciſionibus coram iiſdem emanatis, ſcilicet coram D. Rojas ſub die 27. April. 1644. & coram D. meo Bichio ſub diebus 26. Maij 1645. & 19. Januarii 1646. ſubinde quia Laurentius continuavit adminiſtrare eadem bona extradotalia Geſiæ uxoris non ſolùm uſque ad annum 1621. ut apparebat ex dicto inſtrumento ab ipſo confecto, ſed etiam uſque ad annum 1637. quo ipſe deceſſit, ideo fuit hodie diſputatum, An, & quæ ſumma ſit reſtituenda per Beccadellum Laurentii hæredem, & DD. dixerunt eſſe reſtituendas libras 30. mil.

Siquidem adminiſtratio bonorum extradotalium Geſiæ facta à Laurentio Bonſignorio marito, & continuata uſque ad annum 1637. ac diem 21. Decemb. quo ipſe obiit, probatur ex duobus Inſtrumentis, quorum alterum celebratum anno 1622. continet locationem ad novennium bonorum extradotalium Geſiæ factam à Bonſignorio viro; Alterum verò emanavit de anno 1626. ſuprà eadem locatione, quo mediante fuit Conductori permiſſum, quod penſio quæ vigore dicti Inſtrumenti ſolvi debeat unica vice anticipatè ſolverent in futurum in duobus terminis, *ut in Summ. Geſiæ n.* 3. Verum locare bona, & cum Conductore paciſci eſt actus indubitatæ adminiſtrationis, *l. Codicillis 91. § inſtituto filio, ibi, DD. ff. de legat.* 2. & probant plures relati à Modern. Tuderꝫ. *de locat. & conduct. tit. quibus locar. lic. vel non q. 6. n.* 1 *fol. 68*, Rot. *in Romana Domus 17. Martii præteriti coram R. P. D. meo Bichio,* 1

Eadem verò adminiſtratio probatur per ſex Teſtes pro Geſia examinatos, diſertiſſimè deponentes de adminiſtratione Bonſignorii viri uſque ad obitum, qui etiam coarctant negativam excluſivam adminiſtrationis Geſiæ, excepto tantùm quodam Horto nuncupato di Calamoſco, & cùm prædicti Teſtes ſint numero plures, & deponant de certa ſcientia, proinde ex eis reſultat evidentiſſima probatio, Rot. *dec. 243. nu. 12. p. 6. & dec. 170. n. 1. 2. & dec. 281. n. 2. p. 7. recent.* præſertim quia Teſtium dicta corroborantur, & ſi opus eſſet ſupplerentur etiam defectus qui tamen non adſunt ex eorum numero, & ex adminiculis Inſtrumentorum, *Alex. conſ. 149. n. 6. lib. 5.* Rota *coram Ceſar. de Graſſ. dec. 5. n. 8. & 9. de ſponſal. in recent. dec. 147. n. 3. p. 1. & coram S. M. Greg. dec. 340. n. 6.* 2